

**Admonitio De Hæretificatione : una cum Defensione Pro Venerabili Facultate  
Theologica Rostochiensi : Adversus Dissertationem Icti Gryphici De  
Jurisprudencia Non Papizante**


[Mecklenburg?], MDCCXXXI.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1818954575>

Druck Freier  Zugang









N. K. 2 (153.) <SON>



1. Lindegen, De impetratione officiorum per matrimonium  
ulgo: promotione per matrimonium
2. Lindegen, De concordatis nationis germanicarum.
3. Lindegen, De nunciis.
4. Lindegen, De anatocismo, occasione l. 28 C. de usuris, illustrata.
5. Lindegen, De apostasia studentium
6. Riemer, De remoniali.
7. Bunting, De appellationibus.
8. Blaufelder, De continentia sine coarctate causarum.
9. Cludius, De re iudicata et sententia, eiusque effectu, ac aliquot  
remediis: suspensionis, nullitatis, appellationis, Revisionis et  
similibus.
10. Plum, De mandato.
11. Reben, De acquirenda vel amittenda nobilitate.
12. Richter, De affectionibus iuramenti iudicialis.
13. Lindegen, De iudicacione romana.
14. Lindegen, De encasnis templorum, cum Sarg. Mus. Dan.
15. Lindegen, De iure iuramentorum, ulgo cum Sarg. u. ad iud. & iust.
16. Lindegen, Praemia iuribus munita.
17. Schroeter, De impossibili in contractibus.
18. Schroeter, De libello.
19. Reyner, De singularibus alimentorum iuribus.
20. Wernher, De characteribus indelible et doctrina, de efficacibus  
hominis, in pari ministerio, propriam exilio deducta.



21. Gordes, de iuribus quibus politica vestitur potestas.
22. De hanc haeretificatione
23. Cramer, de tutela et cura.
24. Cramer, de datibus.
25. Cramer, de pactis et transactionibus.
26. Cramer, de usucapionibus et praescriptionibus.
27. a Cappelen, de exsione.
28. Carpzow, ius circa aërem
29. Carpzow, de eo quod iustum est circa destructionem  
et rixam
30. Kuzern, de obligatione alternativa.
31. Schreiber, de legato ad varias causas.
32. Hartleben, de crimine sine poena.
33. Boucquet, de iure portuum.
34. Hartung, de actionibus, advocato et clientis adversus  
se invicem competentibus.
35. Hartung, de homicidio indirecto.
36. Richter, de prosopeppia circa inpliquadas poenas.
37. Richter, de conditionibus.
38. Thomaeus, de charactere et circumspicione medici  
ad curandum taediositatem procepsuum adhibendi.
39. Boecler, conductor carolinus, ius de conductu electoribus  
eorumque legalis electoris peragendas causa iter facienti,  
luis debito.
40. Boehmer, de coniugis principum a status ratione inter.



22.


24

ADMONITIO  
DE  
HÆRETIFICATIONE:

una cum

DEFENSIONE PRO VENERABILI  
FACULTATE THEOLOGICA  
ROSTOCHIENSI.

ADVERSUS  
DISSERTATIONEM JCTI GRYPHICI  
DE JURISPRUDENTIA NON  
PAPIZANTE.



A. M DCC XXXI.



55

ADMONITIO  
IN  
PREFATIONE  
DE  
SOCIETATE TIBOLOICA  
KOLLEGIUM  
SOCIETAS  
PREFATIONE  
DE SOCIETATE TIBOLOICA  
KOLLEGIUM  
SOCIETAS





§. I.

**A**Nte omnia Lectorem rogatum volo, ne existimet, me in *Dissertatione Juridica de Jurisprudentia non Papizante, quæ Gryphiswaldia ad diem 5. Octobr. A. 1731. publico examini exposita* est, agre ferre, quod *Thomasius, Böhmerus, Strykius junior, Titius, Odelemius, Kestnerus, Fleischerus* cum *figmentis & fabulis suis, quibus Jurisprudentiam falso in multis juris materiis Papismi insimularunt, in ordinem redacti sint.* Profiteor enim ac libens, *putida illa commenta absurditatis, iniquitatis, impietatis,* recte ac egregie coargui & convinci, optans ex animo, ut *Celeberrimus Autor Jurisprudentiam a recentiorum ejus corruptorum & depravatorum chimæris & strophis vindicare pergat.* Magnas ei gratias pro labore jam præstito debet Jurisprudentia, & majores debebit, si ingenii vires porro huc conferre placuerit. *Wolffio etiam, cujus ineptissimum philosophandi genus hodie multi insanissimo stolidissimoque amore deperunt, nec non Reimmanno, in Catalogo Systematico-Critico p. 1091, imprudentissime inficianti, ab Athe-*

A 2

ismo



ismo theoretico ad practicum valere necessariam conse-  
 quentiam: probe expendenda est admonitio, qua pa-  
 gina 38. extat: *Atheismus est gravissimum Crimen in*  
*Deum, Rempublicam, concives & semet ipsum, quod*  
*simul omnem Religionem, pietatem, VIRTUTEM, om-*  
*ne demum JURIS divini & humani VINCULUM*  
*DISSOLVIT, JURAMENTA FALLERE ET*  
*QUAEVIS SCELERA COMMITTERE* ex illorum  
 sententia nihil erit. Et cum pag. 7. observetur, *Tui-*  
*um & Kestnerum* divisionem in *Lehr-Nähr- und*  
*Wehr-Stand seu Ecclesiasticum, Politicum, & Oe-*  
*conomicum* *Jurisprud. Papiz, redolere statuminantes,*  
*SOCIUM HABERE INEAMIS NOTÆ* in reli-  
 gione Dippeln in *Tr. Christenstand auf Erden*, ob  
 gewöhnlichen *Lehr-Nähr- und Wehr-Stand*, aures  
 etiam arrigere Rasmeyerum oportet. Etiam si enim  
 hoc quidem in dogmate cum Dippelio non faciat,  
 quantum novi: passim tamen ei fanaticis suis hypo-  
 thesibus frigidam suffundit. Quin & ex *Collectione*  
*rerum veterum & novarum continuata* de A. 1730.  
 pag. 319. constat, Dippelium se pro Patrono Rasmey-  
 eri venditasse, inquam: Professor Rasmeyers  
 Sache gegen den General-Superintendenten Kracke-  
 wiz, stehet auf guten Fuß, und wird der sonst mit  
 Vorurtheilen præoccupirt gewesene Gouverneur,  
 Herr General Meyerfeld, ganz andere Gedanken  
 nach Pommern zurück bringen. Interim Rasmey-  
 erus tacuit, nec ullo publico scripto hoc offensivum  
 Theologiae, ex officio incumberebat.



§. 2. Tanto magis autem dolendum, quod tam egregie operæ ab ipso Autore maculæ nonnullæ adspersæ sint, deformes admodum, tetra, fœda & tætidia, quæ insignem alias dissertationem tanta turpitudine afficiunt, ac si humano capiti cervicem piclor equinam jungeret. *Hereticinam* (ait) seu *hereticium*, *Germ. Kegermachevey*, *it. Kegermeisterey*, quo per calumniam alter alteri, vel innocenti perniciosum quendam errorem in religione tribuit, vel in re, quæ fundamentum religionis haud tangit, erranti hæreseos notam impingit, esse crimen, divinis humanisque legibus vetitum, poenis quoque coercendum, late tradunt RECHENBERG in *Diss. de crimine hereticicii*. BOEHMER in *Jure Eccles. Protest. Tit. de hereticis* a §. 125. ad finem tituli. PFAFFIUS in *Diss. de crimine hereticicii*. Sed uti proprium humani ingenii est, vitia sub nomine virtutum sectari, ita hoc maxime in crimine hereticicii solenne est, dum hoc malo infecti calumniandi ac conviciandi licentiam pro privilegio habent, & prope opus meritorium inde faciunt, impie maledictis nomen religionis obducentes, adeoque zelo scelus velantes. Quinimo maleferiati homines, heroicam plane virtutem in illis extollunt ac admirantur, qui non horrent, vel magistratibus, petulantia calumniandi ac conviciandi frenum injicientibus, maledicere, & spreis legibus ac superiorum mandatis, in hereticicando, calumniando, conviciando perseverare. Quod si propter delictum hoc commeritam sustineant poenam, plane martyrium pro religione se sustinere, vel ex animo, per ignorantiam, aut adultam malitiam, vel simulate credunt. Sed quis non animadvertit crimen



hereticum eo perniciosius esse, cum, dicente ZIGLERO in Tract. de Clerico renitente §. 30. Satanas nunquam gravius rempublicam & Ecclesie salutem ladit, quam quoties transfiguratus in angelum lucis religionis furo in publicam grassatur concordiam. p. 1. 2.

§. 3. Quod si Disputationem de Poenis Hereticorum ante septennium eodem Autore habitam, quae in nova hac Dissertatione p. 38. 41. aliquoties allegatur, conferamus, dubium remanet nullum, quin haec in Pietistarum gratiam dicantur. In illa enim patrocinium Pietistarum suscepit, statuens, Pietistas per pragmaticam aliquam Imperii constitutionem pro hereticis civiliter talibus nondum declaratos esse. Sic adeo pro hereticis habet, iisque poena dignis, qui Divino zelo obstant, quo minus Pietismus ulterius irrumpat.

§. 4. Jam vi vocis Hæretifex is est, qui falsa doctrina vel illius & falsorum Doctorum excusatione hæreticos efficit. Absurde igitur inter hæreticos recensentur, qui obstant hæresibus, qui eas reselant, qui pios commonent, ne se falsa doctrina inquinari patiantur. Celebrissimi Collectores rerum antiquarum & recentium, A. 1730. p. 686. merito observant, Venerandum Neumeisterum in Praefatione der Gründlichen Widerlegung des von M. Ludwig Gerhard herausgegebenen Kurzen Begriffs, Indifferentistis & obtreccationi deditis hostibus sinceræ doctrinae stolidum scomma hæreticium significanter ab oculos posuisse. Audiamus igitur Theologi cordatissimi verba: Ist dem also; wird viel leicht der und jener sprechen; warumb kan denn der Ham-



Hamburgische Käsermacher nicht stille sitzen, sondern schreiben dawider? Dieses Titul bin ich mit andern redlichen Theologis schon längst gewohnt; sage aber ganz freymüthig: Sind wir Käsermacher, so sind alle, die in Juristen-Facultäten und Schöppenstühlen sitzen, alle Pratores und Richterherren, Spitzbuben-Strassenräuber-Schelmen-Ehebrecher-Huren-Diebes-macher, und so mehr. Denn erkennen dieselbigen, nach Anweisung der Rechte, wer ein Spitzbube, Strassenräuber, Schelm, Ehebrecher, Hure, Dieb, etc. sey, verurtheilen sie, und suchen das Land von solcher Pest zu reinigen: So thun Theologi, welche nach Tit. I. 9. halten ob dem Worte, das gewiß ist, und lehren kan, auf daß sie mächtig seyen, zu ermahnen, durch die heylsamen Lehre, und zu straffen die Widersprecher, auch nichts anders, denn daß sie, nach Anweisung der Heiligen Schrift, anzeigen, wer ein Käser und Irgeist sey, Rechtgläubige dafür warnen, und die Kirche von solchem Unkraute rein zu halten suchen. Ist nun dieses den Theologis ein Lafter, Mißthat, Schimpf und Spott: Es so muß auch jenes den Herren Politicis also angerechnet werden. Sprechen sie aber: Das thäten sie von Obrigkeit wegen, als es auch der Apostel selbst haben wolte. Rom. XII. 3. 4. Wohl! so thun wir es von Gottes- und Ampts-wegen. Denn unser Erzhirte hat befohlen: Sehet euch für für den falschen Propheten. Habt Acht auf euch selbst und auf die ganze Heerde, wegen der gräulichen Wölffe, welche kommen werden. Sehet auf auf die, die da



Zertrennung und Aergerniß anrichten neben der Lehre, die ihr gelernt habt, und weichet von denselben; etc. Matth. VII. 15. Act. XX. 28, 29. Rom. XVI. 17. Und unsere werthe Obrigkeit in Hamburg hat uns bey Antritt des Ampts mit einem theuren Eyde vor dem Angesichte Gottes und der Gemeine darzu verpflichtet. Das mögen demnach die Indifferentisten und leichtsinnigen Religions-Verächter, die Spötter und Schänder des Prediger-Ampts, zum letzten mahl wegen der Käysermache-  
cherey hinnehmen. Der Teufel machet Käyser, und nicht wir; sie aber machet der Teufel zu Käyser-Patronen, mithin zu seinen vornehmsten Bedienten im Reiche der Finsterniß.

§. 5. Per abusum vocabuli admitti aliquatenus potest definitio illa Hæretificii, quod sit vitium, quo per calumniam alter alteri, vel innocenti perniciosum quendam errorem in religione tribuit, vel in re, qua fundamentum religionis hand tangit, erranti hærescos notam impingit. Explicandum autem esset Auctori, quo sensu calumnia vocem intelligeret. Et enim calumniari & calumnia dicitur a calvire i. e. decipere & frustrari. Latissime autem denotat quamvis malitiam, ut proem. inß. Calumniantium iniquitates. Hinc trahitur ad res judicarias & i. late significat quamlibet fraudulentam vexationem in judicio sive fiat agendo sive excipiendo, sive in criminalibus, sive civilibus, l. 1. & r. t. ad SC. Turpill. 2. stricte quando accepta pecunia in civilibus, agendo vel excipiendo, quis vexatur l. 7. h. t. l. 1. §. 2. eodem. HAHNIUS ad L. 3. Dig. Tit. 6. n. 3. p. 315. Sudaverit autem plus





( 0 )



9

plus satis, si probare suscipiat, verae doctrinae propugnatores Pietistis unquam malitiose & fraudulentè perniciosum quendam errorem in religione tribuisse, vel in re, quae fundamentum religionis haud tangit, errantibus haereseos notam impegisse. Longe magis *calumnia* vox in eos quadrat, qui erroribus Pietisticis Verbo Divino fortiter & cum zelo repugnantes in judicium vocant, iisque actiones injuriarum intentant, vel etiam retorsionibus in eos utuntur, ut ita a mascula defensione veritatis deterreantur. Est hoc Strategema Satanicum, saepe ab ejus organis adhibitum, unde B. Rango, Theologus de Ecclesia non Pomeranica modo sed & univerla meritissimus, in Praefatione *Prudentia circa Errores & Haereses Ecclesiastico-Politica* scribit: Werden die Kegermeister ihrer Irthümer überzeuget, scheineth den Leuten die Wahrheit allzu klahr unter die Augen, so muß doch der Widersprecher Unrecht gethan haben, und wenn man nicht mehr weiß, so hat er das Werck nicht recht getrieben, und darumb ist er denn ärger dran, wird mehr verfolget, als der den Stanck ausgeschüttet, und die Schwärmerey angefangen hat. Es finden sich bey solchem Kirchen-Zustande alsdenn, die die entstandene Streitigkeit nach ihrem Kopfe abzuthun gedenccken, da solt ein Civil, dann ein Injurien-Process, dann ex L. l. diffamari, dann ein anders werden, nur, daß dem Unrecht übergeholfen werde, wie solches die Kirchen-Historien geben, und ich gegen den rechten Process, des Teufels und seiner Schuppen Art gehalten, und in gegenwärtiger Schrift gezeiget habe: pag. 13. 14.

A 5

Ala



Ah Beate Rango! Utinam adhuc esses in vivis! Melius se haberent res Ecclesiae Pomeranicae. Sed tu inter illos es, quibus indignus hodie mundus est. Quid? quod Spenerus ipse *neminem nostrum sine indignatione cogitaturum profiteretur*, Calixtinas partes *eo audacia processisse, ut modo inter Theologos forte haetenus inaudito ex scriptis polemicis injurias fingere & retorsionis subsidio vincere voluerint.* Confil. Lat. P. 3. P. 20.

§. 6. In re, quae fundamentum religionis haud tangit, erranti haereseos nota quidem imprimenda non est. Quod si tamen error ille libris Symbolicis adverteretur, tolerandus minime, sed graviter & decenti cum zelo redarguendus. Cum enim in eos jusjurandum praestiterimus, nos *NIHIL vel occulte vel aperte contra illos esse locuturos aut scripturos*, p. 803. reverentia Divini nominis praepro secundo juncta vetat, nos etiam in praeterfundamentalibus permittere, ut quicquam Libris Symbolicis adversum in Ecclesias Evangelicas intrudatur. Si quis alio est animo, Pietista esse potest, sed pius esse nequit.

§. 7. Si poenis coercendum est haereticum, multo magis illis coercendum est *haereticificium* sive vitium illud, quo maleferiati errorum patroni Viros orthodoxiae deditos pro haereticibus malitiose & per calumniam proclamant. Plurimum enim non modo Ecclesiae sed & Republicae nocent *Haereticationifices* illi, dum Viros pios puritati doctrinae secundum Divinarum humanarumque a Magistratibus Evangelicis latarum legum praescriptum diligenter invigilantes obtreccionibus oppugnant, poenisque afflicten-  
dos





dos vociferantur. Quod quis juris sibi in alterum sumit, eidem merito subjicitur. Qui igitur veritatis propugnatoribus poenas irrogare cupit, non habet conquerendi causam, si ipsemet iis afficiatur. *Immunitas a poena non est, qui malitiose adversus Ecclesie ministros famosam intentat actionem injuriarum.* CARPZOVIUS L. 3. Jurisprud. Consist. definit, 100. Id quod ad alios etiam veritatis propugnatores recte applicatur, & ita quidem, ut non tantummodo ab actionibus injuriarum malitiosis tutos esse oporteat, sed & a malitiosa hæretificationis exprobratione.

§. 8. Autor ad RECHENBERGIUM provocat. Is autem testatur, se *crimen intelligere sensu latiori pro quovis facto illicito.* Proinde hæretificium non erit poenis coercendum in foro humano. In eo enim, quodvis factum illicitum poena coercendum, nemo dixerit. Omnis cogitatio prava est factum illicitum. Cogitationum poenam autem neminem in foro solvere explorati juris est. Nec Rechenbergius ita definit hæretificium, prout autor Dissertationis Gryphiswaldiensis. *Est (inquit) nobis hæretificium species injuria, qua membrum ecclesie in Religione dissentiens, ut hereticus dolo malo aut simplicitate proscinditur, ac religionis pretextu aliis exosus redditur.* Quæ quidem definitio contradictionem in adjecto involvit. Si enim ex *Simplicitate* alicui hæresis imputetur, poena locum habere nequit, cum simplicitas commiseratione, secundum notissima JCtorum principia, non poenâ prosequenda sit.

§. 9. Constat, Rechenbergium habuisse avum Spenerum, Pietissimi autorem. Patrem habuit Adamum  
Re-




Rechenbergium, Terministam adeo crassum, ut Walchius tamen Pietista agnoscat, hypothesen ejus gravium cum periculo conjungi. Einleitung p. 991. 992. Et p. 30. tradit, *raro viris in excellentioribus dignitatibus constitutis & cum potentia conjunctis heresim objectam deprehendi, qua tamen ubi munere discederent, aut potentia destituerentur, magno apparatu de in imputata fuerit.* Habuit nimirum Rechenbergius hunc scopum sibi propositum, ut lectori persunderet, avo suo Spenero heresim non prius objectam, quam Aulæ favore excidisset. Sed diu ante B. Waltherus aliique Viri docti & prudentes in Saxonia pestifera Speneri dogmata notarunt. Interim haud difficulter inde apparet, Autorem Dissertationis Gryphiswaldiæ editæ suis de Hæretificio observationibus Spenerismo Pietistico suppetias tulisse.

§. 10. In Rechenbergiana Dissertatione pag. 21. narratur, *Fridericum III. Electorem Palatinum filium publico testamento monuisse, ut a litigiosis clericis, qui muneris pretextu arrogantius alios malefana doctrina accusarent, & de verbis ambubajarum more contenderent, sibi prospiceret.* Præterea pag. 35. 39. Ediçtum Electorale Saxonicum de Anno 1566. adducitur. Jam longe major apud me est de crudelitio, quam ut eum fugere putem, quod Fridericus III. a Calvinianis deceptus & ad Lutheranos atrociter persequendos incitatus fuerit. Vix etiam credibile, testamenti tabulas ita se habuisse, uti Rechenbergius Calvinianas relationes secutus narrat; cum gravissimis argumentis constet, cum ante mortem

Cin.





( 0 )



13

Cinglianis erroribus nuntium misisse. Quod ad Edictum Saxonicum de A. 1566. attinet, notorium plane est, illud a Calvinianis seductoribus sub- & obrepticis obtentum acerrimis afflictionibus Evangelicorum ansam præbuisse. Unde Serenissimus Elector Augustus beatissimæ recordationis, indignatione justissima commotus, Crypto-Calvinianos Consiliarios, Edicti illius extirpatores, A. 1574. 28. Maji propria manu appellavit verlogene falsche Buben. Minime igitur decebat, Jctum scepro Suecico subjectum, Rechenbergianæ Dissertationi suas de hæreticis hypothesibus superstruere. Nam si quis Menochii de præsumptionibus observationes huc accommodaret, an non pronum foret conjecturam facere, Autorem non admodum repugnaturum Calvinianorum moliminibus, si quo infortunio in Suecia occasionem nanciscerentur similem in modum Lutheranos divexandi? Novit autem, Potentissimam Regem, (cui DEUS prosperrima quavis clementissime largiatur) paratum esse religioni Evangelico-Lutheranæ vel Regio suo sanguine contra quoscunque hostes tuenda. Ita enim habent verba Assècurationis jurejurando firmata. I. Seit Ich, nach meiner Ankunfft in das Reich eine nähere und gründlichere Erkänntniß der reinen Evangelischen Lehre, als vorher überkommen, befinde ich mich nicht allein geneigt, dieselbe anzunehmen, und der Reformirten Religion abzusagen; sondern versichere auch, bis an die letzte Stunde meines Lebens darinn zu verharren, imgleichen wo es Gott beliebt, meine jetzige Gemahlin mit Leibes-  
Er-



Erben zu segnen, solche alsdenn in der Lutherischen Religion aufziehen zu lassen. Womit Ich auch in allen Stücken beträftige Ihrer Majestät meiner Hochgeliebtesten Gemahlin im Jahr 1719. den 22. Febr. unterschriebene Verzicht-Schrift und gedruckte Regierungs-Form, betreffend die reine und unverfälschte Evangelische Lehre, wie sie in denen Prophetischen und Apostolischen Schriften gegründet, in der unveränderten Augspurgischen Confession verfasst, in dem Libro Concordia erklärt, und seit dem Jahr 1593. zu Upsal durch alle Reichs-Stände gut geheissen und angenommen, an welche, (vermöge des Königs Gustavi I. geschlossenen Reichs-Erb-Rechtes) alle dessen Nachfolger, die Könige von Schweden, als ein Fundamental-Gesetz verbunden sind. Ingleichen verspreche ich, alle Reichs-Stände des Schwedischen Reichs, die Edelleute und Geistliche, Hohe und Niedere, bey vorgedachter reinen Religion, dem reinen und klaren Wort Gottes, und bey wahrem und rechten Gebrauch der hochwürdigen Sacramenten zu handhaben und zu beschirmen. Ich gelobe auch, niemals einige der Stände oder Unterthanen des Schwedischen Reichs, oder dazu gehörigen Provinzen, Hohe und Niedrige, Einem oder Mehr, von was Nation, Stand oder Qualität dieselbe seyn mögen, mit Verspruch oder Bedrohungen anzureizen, einer andern Religion als der vorgedachten Evangelischen anzukleben, und sich daran zu halten, als bey der auch Ich unveränderlich verbleiben, und dieselbe, gegen alle Käseren,



Käkeren, mit Aufsehung Leib und Lebens, nach Möglichkeit vertheidigen und handhaben wil.  
 2. Daß niemand von einer andern Religion, es seyen Papisten, Calvinisten oder Reformirten, Wiedertäufer, Photinianer und anderer Schwärmer, oder sonst einige andere, so sich zu dergleichen oder offenkundigen ärgerlichen Atheisterei begeben, zu einigen Reichs-Nemptern, im Rath, in den Collegiis, auf Schlössern und Bestungen in diesem Lande oder desselben Städten, weder in hohen noch niedrigen Bedienungen, vielweniger aber in Kirchen und Schulen gebraucht werden sollen. Insonderheit solle niemand von einer andern Lehr zu einem Bischoff, Superintendenten, Hoff-Prediger, Professor auf Universitäten, Lector in Gymnasiis, Pfarrer und Prediger in den Städten oder Dörfern, Schulmeister oder andern Lehr-Nemptern, und was weiter zu Unterweisung der Jugend gehöret, verordnet werden: Damit die Gemeine Gottes in denen zum Vaterlande gehörigen Provinzien, zur Ehre Gottes, und des Landes Wohlfahrt in beständiger Einigkeit bleiben möge. Quin & Art. 3. constitutum est, daß der Fremdbden ihre Kinder, falls sie Bürger werden wollen, sich nach des Landes Gesetzen und Placaten richten, und in obgedachter Christlichen (Evangelisch-Lutherischen) Religion erzogen werden sollen.

S. II. Porro autoritate BOEHMERI pugnat. Ea autem quo minus apud Lectorem valeat, ipsemet obstat rectissime, passim in hac ipsa Dissertatione hypotheses ejus refellens. Rechenbergio & Böh-  
 mero



mere jungit PFAFFIUM, quem a scabie Syncretistica occupatum esse ignorare nequit. Valeant igitur Triumviri isti, ob pestilentes errores cum toti Evangelicæ Ecclesiæ, tum sigillatim Suevicæ, quæ Syncretismum semper maximopere averfata est, detestabiles.

§. 12. Si quis ex confutatione hæreticorum *prope opus meritorium facit*, peccat graviter: cum nulla sint etiam sanctissimorum hominum merita. Interim JCtus Gryphicus eo ipso hypothesis suam evertit. Ad crimen enim apud JCtos requiritur, ut delicto committatur. Quod si quis autem existimet opus a se meritorium perpetrari, dum acerbius in adversarios veritatis invehitur, non facit dolo, sed quia sic fieri debere persuasum habet. Sane qui putans se DEO cultum præstare, alium verberat, bonis suis exuit, occidit, is hac exceptione nullatenus tueri se debet, cum in omnium oculos incurrat, hæc malefactoris annumeranda esse. Imputatio hærescos autem, vel duriusculum verbum contra eos, quos religionis causa quis sibi redarguendos opinatur, (etiamsi ea in re fortasse erraret, vel etiam iusto longius procederet) non potest inter crimina in foro soli referri, quando quis se sancte facere statuit. Admonendus autem ex Verbo DEI est, & ostendendum, illum, quem pro hæretico habet, talem non esse, adeoque Christianam charitatem violaturum, nisi ab hæresi ei tribuenda desistat. In primis etiam edocendus est, nisi in gravi errore versari, & nisi post unam alteramque admonitionem in viam redeat, prolabi in hæresin, qui ullum opus meritorium sibi tribuit.



§. 13. Magistratibus nunquam maledicendum est, sed semper bene precandum. Nec JCtus Pomernicus ullum exemplum Viri orthodoxi & Pietistas cum zelo redarguentis unquam commonstrabit, qui Magistratibus maledixerit. Cum Dux Georgius Nobiles quosdam religionis Evangelicæ caussa vehementer divexaret, Lutherus iis hoc suppeditabat consilium: Wenn sie aber die Güter müssen verkaufen, daß sie ja ein demüthig glimpfflich **Antwort** zur Letzte geben, und mit Güte von dem Tyrannen kommen, Also, daß, weil ihr Gewissen beschweret S. J. G. Drang und Gebot zu folgen, so wollen sie nicht für eigen Sünde, sondern auch, daß nicht in S. J. G. Sünde mit kommen, für frembder Sünde sich hüten, und Gott die Sachen besehlen, dancken seiner J. G. für alle Gnade etc. Und bitten noch, sein J. G. wolt ihr Demuth und Noth des Gewissens beherzigen, und gnädiglich von seiner J. G. Ungunst lassen. T. IV. Jen. fol. 3 16. Jam si ea humilitate gerere vere fideles se tenentur erga Magistratum plane tyrannicum, qualis erat Dux Georgius: quanto majori demissione venerandus Magistratus benignus, a falsis doctoribus & eorum patronis fictitiis speciosisque narrationibus circumventus, ut Elenchum pium, Verbo Divino consentaneum, in sacris literis demandatum, hæretificationis calumniæ conviciique titulo prohibeat?

§. 14. Spretis legibus ac superiorum mandatis, in hæretificando, calumniando, conviciando perseverandum nequaquam est. Etiam si enim nulla lex, nullum mandatum superiorum obstaret, nunquam

B

tamen



tamen hæretificationis artificio uti, nunquam calumniari, nunquam couitari fas est. Deus enim octavo in præcepto jam prohibuit. Quando vero a Magistratu interdicitur Elenchus, & hæretificationis, calumniæ, conuitiique nominibus proscinditur, quid tum faciendum? Ante omnia vera fiducia in meritum CHRISTI ad DEUM preces fundere necesse est, ut Magistratum gubernet Spiritu Sancto, & calumniatorum, qui Elenchum Magistratui exosum reddiderunt, versutiam detegat, brachioque omnipotentia suæ prosternat. Porro, si aditus ad Magistratum pateat, adeundus est, omni que humilitate ob oculos sistendum, pios veræ doctrinæ pugnatōres in istam hæretificii, calumniæ, & conuitiorum suspicionem falso & per summam iniquitatem ab orthodoxia hostibus adductos. Quod si nihil sic efficiatur, vel etiam aures Magistratus ab adversariis incorruptæ religionis nostræ sint circumseptæ undique & circumvallatæ, ad Magistratum superiorem, si quis est, confugiendum, & illius auxilium implorandum. Ubi summus etiam Magistratus præjudicatis opinionibus præoccupatus est, proit in primitiva Ecclesia Imperatores nonnulli in Ariano- rum aliorumque hæreticorum gratiam Elenchum pacis & concordia specie prohibuerunt: recogitandum est Petrinum illud: *Obedire oportet Deo potius quam hominibus.* Act. V. 29. Etenim supremus etiam inter homines Magistratus Deo subicitur, & ab Eo *vitam & halitum & omnia* ac proinde & imperium accepit, Act. XVII. 25. conf. Proverb. VIII. 15. 16. Nec ita quicquam de veneratione supremo Magistratui



gistratui debita decedit. Reverentius enim suspicere nos Magistratum fas est, quam ut etiam jussi in eo obtemperemus, quod Divino mandato manifeste repugnat. Et datur aliquod obsequii genus, quod in jubentem injurium esse potest. Nam si Princeps Medico injungeret, ut sibi venenum præberet ebibendum, gravissimum scelus committeret, quadrigis discerpendus, si præstaret obsequium. Non ignarus utique Historiæ Sueciæ est JCtus Gryphiswaldiensis. Haud eum præterit, quid in controversia Liquoristica evenit. Johannes Ofreg Arosiensis Regem Ericum permoverat, ut serio juberet, S. Cœnam, cum vinum non suppeteret, in alio liquore patriotis administrari. Sed Clerus Suecicus isti mandato minime obtemperavit, eo quod institutioni Christi repugnaret: teste Baazio Inventar. Eccl. Sueo-Goth. p. 306. 311. Johannes III. a Papistis deceptus Liturgiam obtrudebat. Multi adulabantur, *Professoribus Evangelicis carcer intrandus. pag. 409.* *Qui suis officiis ac beneficiis Eccl. renunciare malebant, quam Liturgiam admittere, in suspicionem vocabuntur, ac si vellent excitare seditionem in patria, quod illi constanter negabant. p. 408.* *Rex agebat se ore & manu defensurum Liturgiam. Contrarium sentientes & Liturgiam improbantem arguebat Rex seditionis, publicique tumultus: Itaque scirent se habituros Regem omnesque Senatores ac Nobiles Regni, ejusmodi seditionis vindices. ibid.* *Qui nam vero magis fidem præstiterunt Regi? Illine, qui specie obsequii, pacis, concordia, mansuetudinis, novam istam Ordinantiam & Liturgiam ac-*  

B 2 ceptarunt,



ceptarunt? an ii, qui nulli se mandatis, prömissis, comminationibus ad tantam levitatem permoveri patiebantur? Exitus acta probavit, cum Rex *simul* conscientia actus profiteretur, *nullum Magistratum esse Dominum conscientiarum, & nolle se cogere Clericos, ut Novam Missæ Ordinantiam servent, quam jurent se non posse salva conscientia usurpare.* p. 406. 499. In Collectione rerum Neo-antiquarum, opere præclarissimo utilissimoque, vidi nuper ad A. 1730. p. 1162. 1169. Edictum ad componendas controversias in Academia Gryphica spectans. Is qui Regium appellavit, minus recte Venerandis Collectoribus rem exposuit. Nam ex ipsius Edicti perlustratione & subscriptione apparet, non esse profectum a Majestate Regia, sed a Regimine, Articulo I. Recessus de A. 1663. renovatur. Jam nemo id Regimini Illustrissimo vitio vertere potest, quod historia hujus Recessus non fuerit cognita. Sed Balthasari, qui in historia Pomerania aliquot annorum operam posuit, & JCo primario, qui Directoris in Consistorio officio fungitur, incumbere, submississima veneratione ad Regimen, & quomodo res gesta fuerit, ex scriptis publicis & Actis Consistorii edisserere. Sunt etiam multi alii in Pomerania Suecica, ex sacro præsertim ordine, harum rerum haud imperiti. Cur non præmissis ad Deum precibus ad Celsissimum Comitens, cujus humanitas omnium sermone celebratur, accesserunt, & quid circa Recessum illum evenerit, exposuerunt? Atqui dicat quispiam, se nihil promoturum fuisse, Sed unde id constat? Pone autem, in



incaſſum laborem caſurum. Sane Rex major eſt  
 Regimine. CAROLUS XI. Receſſum illum abro-  
 gavit. Nec Potentiſſimus FRIDERICUS reſtitui  
 peculiari mandato juſſit. Eatur ergo ad Regem. Si  
 via haud patet, in promptu adhuc in Pomerania eſt  
 atramentum, in promptu ſunt calami. Scribantur  
 literæ ſupplices. Non deerunt, qui exhibeant. Sed  
 quid ſi non exhibeantur, ſi alia obſtent negotia?  
 Expectandum. Nondum venit hora DOMINI, ſuo  
 tempore ventura. Sed interea quid agendum? Num  
 Receſſui illi autoritate Regia abrogato tamdiu ob-  
 temperandum? Id DEUS avertat! Meliorem Re-  
 gi, imo etiam REGUM REGI, JESU CHRISTO,  
 fidem præſtari par eſt. *Sed erunt, qui hanc fide-  
 litatem in heritificationis & inobedientia crimen ver-  
 tant?* Imo vero vertant, pervertant, uti placue-  
 rit. Sufficit, quod *reſtis piorum eſt in cælis*, Ijob.  
 XVI. 12. *At exempla nos torrent. Cernimus, quan-  
 tis in malis verſetur JEREMIAS Pomeranicus, prop-  
 ter zelum pro fide incontaminata.* Non igitur ſolo  
 nomine Jeremias eſt, ſed etiam fide & imitatione.  
 Multa perpeſſus Jeremias triumphat in cælo: & in  
 terris nomen ejus eſt inſtar unguenti fragrantiffimi  
 pretioſiſſimique. Idem Pomeranico JEREMIÆ uſu  
 veniet. *Quid vero ſi nobis eadem imminerent cala-  
 mitates?* Militibus Hiſpanis in laudem & gloriam  
 apud Batavos ceſſit, quod in obſidione Bredana  
 longe majori inopia iſtis obſeſſis preſſi quarenti-  
 bus, qua ratione tantam egeſtatem tolerare vale-  
 rent, intrepide reſponderent, animas ſuas DEI eſ-  
 ſe, corporibus aliquid pro Rege perferendum; vid.



Meteranus Novus ad A. 1625. p. 395. 396. Quanto magis militibus CHRISTI nonnihil tolerandum, dum fidem Salvatoris servant! Audiamus Paulum: *Momentanea levitas oppressionis nostrae excellenter aeternum pondus gloriae id est gradus gloriae aeternum duraturos) conficit nobis. Dum non spectamus ea quae cernuntur, sed ea quae non cernuntur: nam quae cernuntur temporaria sunt: at quae non cernuntur aeterna.* 2. Cor. IV. 17. 18. Verum enimvero habemus conjuges & liberos. Si exhauriamur processibus, executionibusque: quid tandem edemus, aut quid bibemus, aut quo amiciemur? Audiamus respondentem CHRISTUM: *Ne estote solliciti, ita dicentes. Nam omnia ista gentes requirunt, novit enim Pater vester coelestis vos indigere his omnibus. Sed quarite primo regnum Dei, & justitiam ejus, & ista omnia adjicientur vobis.* Matth. VI. 31. 33. Et quid si rei familiaris jacturam fame, debitorum vestrorum egestate, repentino incendio, maris & fluminum inundatione, furtis, bello, faceretis? Perferenda foret. Quanto magis igitur nunc patienter, imo ad Ebraeorum exemplum cum gaudio vobis toleranda, tanto honore, tantoque repertis felicitate, ut pro Deo, pro Rege, pro religione aliquid damni contrahatis, magnum olim lucrum allaturi?

§. 14. Dum haec scribo, offeruntur conspectui *Orationes Seculares, quarum altera ab ERICO BENZELIO, Theologo Doctore & t. t. Professore Ordin jam vero Dioecesis Gorbeburg. Episcopo, Consistorii Reg. Praeside, Scholarumque Ephoro, in Academia Upsalensi, de sauis Secesfionis ab Ecclesia Romanensi, magnis, ju-*  
his



stis & necessariis, in memoriam Reformationis, A. 1721. d. 18. Martii; altera vero a Georg. Frid. Niehenckio, Theol. Doct. Ecclesia German. Gothob. Pastore Prim. & Consistorii Reg. Adessore, in Gymnasio Gothoburgensi, de pio & justo religionis zelo Svecorum, in memoriam Aug. Conf. A. 1730. D. 22 Junii habita est; cujus & Concio Jubilaeae accessit. Hamburgi, A. 1731. Has non modo ab Jcto Gryphico, sed & ab omnibus in Pomerania Svecica legi, nec legi tantummodo, sed expendi, nec solum expendi, sed in succum & sanguinem converti optaverim. Paucissima excerptam. Pag. 16. 17. Celeberrimus Niehenckius scribit. Athalja, Regina Jebuda, Joascho Rege à Jehojada Pontifice uncto, & populi universi consensu solemniter introducto, vestes suas pra ingenti animi consternatione rupit, clamavitque: Conjuratio, conjuratio. 2. Reg. XI. 14. Eadem vox A. O. O. H. in ore illorum, quibus Doctorum Ecclesia pius & sanctus zelus sudes est in oculis, hodiernum frequentissima est. Testes sunt VITIORUM NOMINA, quibus zelum sanctissimum & zelotas divinitus excitatos contaminare solent, & qua tantum non utramque apud ipsos paginam faciunt. Pudet adferre illa, quae e Calvinianorum praecipue antiquorum, e Schwenckfeldianorum novellorumque Prophetarum, e Dippelii, Arnoldi, Zieroldi aliorumque scriptis facili possent colligi negotio. Hoc tantum dicere jubet pietas, (& certe non sine animi dolore dico) prodigiosa horum in nostros convitia internecini, capitalis atque irconciliabilis odii indicia esse luculentissima. Non fallor, si addam, convitia haec ex nupera Disputatione



Gryphica augmentum nancisci. Vidimus enim, in  
 ea Viris pro veritate cum zelo propugnantibus **VITIA**  
 & **CRIMINA** hereticationis, calumniarum, con-  
 vitiorum objici. Pergit optimus Niehenckius. Ec-  
 quis vero est, cui zeli hujus exercitium competit? Et  
 respondemus verbis **CONFESSORUM PIORUM**:  
 Profecto Theologis, inquit, omnibusque Ecclesia  
 ministris hoc negotii incumbit, ut ex verbo Dei etiam  
 eos, qui ex quadam simplicitate vel inscitia a verita-  
 te aberrarunt, de periculis salutis suae, ea, qua de-  
 cet, moderatione doceant, & contra corruptelas mu-  
 niant; in Praefatione Lib. Conc. §. magna etiam sp.  
 Eleganter certe & vere dicta! Habent enim praecur-  
 sores Prophetas, Apostolos, Patres Ecclesiae, quorum no-  
 mina, ne terminos orationis excedamus, silentii pe-  
 plo involvimus. Vel unicum Christum qui suo exem-  
 plo illis praeluxit, Joh. 11. 17. nominasse sufficit. **NE-  
 QUE TAMEN AB HOC EXERCITIO PROR-  
 SUS EXCLUDENDI SUNT QUIVIS CHRISTI-  
 ANI, SED ILLI POTIUS OBLIGANTUR AD  
 HOC VI. PRÆCEPTI IUDI DECALOGI** Quili-  
 bet enim fidem declarare, salutarem doctrinam iue-  
 ri, gloriamque DEI promoveri tenetur, modo id fiat  
 hac ratione, ut cuiuslibet Ecclesiae statui relinquatur,  
 quod suum est, sartum tectumque. Non igitur Ce-  
 leberrimo Papkio id vitio vertendum, quod tamen  
 si Mathematicus pro puritate religionis Evangelicæ  
 excubet, praesertim, cum ab ineunte ætate studio  
 Theologico se consecrarit. Neque vero, (ut cum  
 paulo loquar) machinationes Satanae ignoramus, 2.  
 Cor. II, 11. Animadvertit videlicet infernalis Dra-  
 co,



co, eximium hoc DEI organon valere dono probandi Spiritus, an ex Deo sint. Itaque id agit, ne eo ad Ecclesiae Evangelicae emolumentum utatur: obtentui fumens, non esse Theologiae Professore, nec Ministrum Verbi. Num vero Schlüsselburgius vel Professione Theologica, vel Ministerio sacro fungebatur, cum Crypto-Calvinianis Wittenbergensibus Verbo divino repugnaret? Imo ne quidem Professione Philosophica conspicuus erat, nonnisi Philosophiae tunc Magister, & juvenis. Minime autem propterea viri docti & pii existimabant, eum vocationis suae limites excessisse, sed sanctum ejus institutum probabant & commendabant, *cum summo animi dolore videntes*, Wittenbergam *pulcherrimum illum Ecclesiae Christi locum & olim seminarium, in tam DIABOLICAM LERNAM, OMNIUM PERVERSORUM DOGMATUM, & SEMINARIUM HAERESIUM MULTARUM DEGENERASSE*: vid. Wolffharti Superintendentis Hildesienfis Epistola apud Schlüsselburgium de Adiaphoristis p. 735. Plane quemadmodum hodie ingemiscimus, quod Academia Gryphica, quae tot cordatissimos Theologos Ecclesiae dedit, & Svecis aliisque testibus veritatis tempore persecutionum refugium praebuit, nunc pestilentissimarum hypotheseum sedes facta sit. Qua fronte igitur Celeberrimo Papkio, non modo Magistro Philosophiae, sed & Regio ejus Professore per tot annos meritissimo, denegaretur zeli divini exercitium in deposito purae doctrinae adversus corruptelas Rasmeyerianas & Balthasarianas ore & calamo fideliter custodiendo?



Matth. Flac. Illyrico in causa Interimistica (in qua tota Ecclesia Evangelica cum eo facit, tamen errorem ipsius de peccato substantiali merito rejiciat) itidem objiciebatur, eum vocatione destitui. Respondere autem: *Non minimum certe me permovit, post illam universalem regulam: Credidi, ideo locutus sum; ETIAM JURAMENTUM MEUM IN PROMOTIONE, ut vocant, MAGISTRORUM PRÆSTITUM: quo ad confessionem & conservationem hujus veræ Religionis gravissime obstrictus sum: & porro quod etiam lector publicus exponens sacras literas in suo nativo sermone, ejus schola in qua veritas instaurata, & unde ad alias omnes Ecclesias ingenti Dei beneficio propagata fuerat: quoque tum per totam Germaniam spargebantur nostrorum Theologorum pessima consultationes & suasiones mutationum omnesque jactabant: Ecce ista probantur a schola Wittebergeni &c. Quapropter putavi me TANQUAM LECTOREM EJUS SCHOLÆ NEQUAQUAM BONA CONSCIENTIA acquiescere ac facere posse, ad tantum veritatis coelestis interitum, & tot scandala, ruinam Ecclesie, & infinitarum animarum aeternum exitium. P. 813. 814. Eodem modo Jeremias Pomeranicus tanquam Professor Scholæ sive Academiæ Gryphicæ, qui non, ut Disputator noster, Juri, nec Medicinæ, sed Theologiæ per totam vitam operam dedit, minime posset bona conscientia tacere & connivere ad perniciosos errores, qui illa in Universitate nunc studiosæ juventuti instillantur. Revertamur autem ad Orationem Secularem Gothoburgicam. Pa-*





( o )



gina 24. in ea hæc leguntur. *CAROLUS* noster XI. *Ministris verbi in Pomerania ad fulmen Gubernatoris, prohibentis adversariorum ELENCHUM, A. 1663. 19. Nov. perterritis, & QUERELAM AD ARCHIEPISCOPUM NOSTRUM REGNIQUE CONSISTORIUM REFERENTIBUS, favebat, aderatque justo zelo; Edictum enim Regiminis Pomerani, ministrorum Ecclesie officio Elenctico oppositum, EDICTO REGIO RESCINDEBAT. Quem zelum, quam gratiam, quam Clementiam in hunc usque diem laudibus extollunt humillimis Pomerani, Veritati antiquæ addicti, & a Syncretismo foedissimo alieni. Attendite, Verbi Divini in Pomerania Svecica Præcones! admittite consilium, SPIRITUS S. instinctu, a Viro pientissimo, qui tunc cum hæc scriberet, de novo Edicto paucis ante mensibus publicato procul dubio nondum quicquam inaudiverat, suppeditatum. Deferte querelam ad Archiepiscopum Regnique Consistorium Reverendissimum. Id fides in DEUM, id fidelitas Regi & Regno Svecico debita requirit a vobis & postulat. Vivit adhuc DEUS, qui A. 1663. Antecessoribus vestris auxilio fuit, ut Elenchus intemeratus servaretur. Ne regeratis, tunc Theologicam Facultatem, tunc Consistorium Pomeranicum causam vestram pie, masculine, prudenter egisse. Non indici vobis conventum, ut communi consilio de hoc negotio dispicere liceat, quid factu opus sit. Si quis vestrum ex dictamine conscientia rescissi Edicto Regio Recessus instaurationem Divino verbo oppugnaret, metuendum fore, ne a Consistorii Directore hæretifici*

reus



reus ageretur, poenis afficiendus diceretur. Dissertationis nuperæ principium non leve indicium exhibere, quo animo in vos futurus esset. At vero nec Facultas Theologica, nec Director Consistorii, vestri loco rationem reddet Judici vivorum & mortuorum, interrogaturo vos, cur tacueritis, cur Elenchum Divinitus demandatum non asserueritis, versus Recessum Divina providentia a Rege vestro rescissum? Nec opus est conventu. Unusquisque vestrum literas scribat ad Reverendissimum Archiepiscopum & Consistorium Regni, & quo in statu res Ecclesiæ Pomeranicae versetur, exponat. Tot epistolæ a CHRISTI Ministris exaratae fructu non destituentur. Vos etiam, Viri SVECI, succurrite Pomerania precibus, consiliis, commendatione Vestra apud Potentissimum Regem, & Magnates, sive Pomerani a vobis id flagitent, sive minus. CHRISTUS id petit a vobis, qui vos Pomeranosque eodem pretio, sanguine videlicet pretiosissimo, redemit. Communio Sanctorum, quam in Symbolo Apostolico profiteamini, id exigit. Omnes enim sumus membra ejusdem corporis mystici. *Membra vero curent alia pro aliis. Itaque si patitur unum membrum, simul dolent omnia membra.* I. Cor. XII. 25. 26. Quin & recordatio regis vestri CAROLI XI. id vobis injungit. Minime enim permittere potestis, ut gloria Regis Elenchum tam pie asserentis imminuatur, subreptitia instauratione Recessus auctoritate ejus rescissi. Nec id feret FRIDERICUS Rex piissimus, qui zelum suum pro Religione pura adversus Pietastros publico Edicto declaravit, teste Ora.



Oratione Gothoburgica, p. 25. ubi recessus istius pernicioſa ſcita commonſtrata fuerint. Sic & Suecicæ Eccleſiæ intereſt, Pomeraniam a corruptelis doctrinæ intemeratam ſervari. Tunc enim veſtra res agitur, paries cum proximus ardet, & errorum contagium ex vicinia in primis metuendum. Quid? quod generoſa Suecicæ gentis indoles haud deſtituere poteſt Pomeraniam, quæ in perſecutione Liturgica Orthodoxorum in Suecia cauſam, quancocumque potuit ſtudio, promovit.

§. 15. Jam & Autor Diſputationis Gryphicæ conſideret, quo jure *leges* opponere valeat iis, quibus veritas adverſus Novatores in Pomerania cordi eſt. Nullam equidem legem novi, qua Viri pii errores falſorum fratrum detegere & refellere vetentur. Novi autem & memini, A. 1691. 6. Octobr. a Rege CAROLO XI. Ediſtum promulgatum, in quo hæc habentur: **Befehlen demnach allen und jeden unſern getreuen Unterehanen unſerer Provinzien (proinde & Pomerania) wes Standes und Condition ſie ſeyn (adeoque Profeſſoribus etiam Philoſophiæ) fürnehmlich, welche in Geiſtlichen Aemtern Gott dienen, und denen Gemeinen, als auch der Studierenden Jugend fürſtehen** (ſed juvenuti ſtudioſæ itidem Profeſſores Philoſophiæ præſunt) wie aller andern, alſo auch obangeführten Kezeren und hin und wieder einſchleichenden Schwermereyen, aller kezeriſchen, gefährlichen, verdächtigen und anſtößigen Redens-Arten gänglich, mündlich und ſchriftlich ſich zu enthalten, ihnen nicht den geringſten Vorſchub unter was Schein es immer wolle,



wolle, entweder durch **Entschuldigung oder Ge-  
 ringachtung** (multo minus autem per commina-  
 tionem poenarum defensoribus vera doctrina tan-  
 quam haereticibus, calumniatoribus & convitiato-  
 ribus, intentandarum, nec non per actiones inju-  
 riarum contra eos institutas) zu thun, die **Privats-  
 Zusammenkünfte** in denen Häusern, oder andere  
 heimliche Conventicula auf keine Art und Weise zu  
 dulden, die Einführung schwärmerischer Bücher  
 gänzlich abzuschaffen, vielmehr aber einzig und alle-  
 ein bey **Gottes heiligen Worte** und denen so theuer  
 beschwornen **Libris Symbolicis** (qui Elenchum erro-  
 rum saluum & illibatum seruari volunt, & quibus  
 idcirco Recessus de A. 1663. aperte adversatur) als  
 dem einigen Bande der Evangelischen Kirchen  
 schlechter Dings zu verbleiben. Ob wir nun zwar  
 des guten Vertrauens leben, es werde ein jeder von  
 sich selbst, in Betrachtung seines eigenen Seelens  
 Schadens, diese unsere treue Warnung sich lassen  
 zu Herzen gehen, und selbiger unterthänigst nach-  
 leben, Jedemoch sollte sich jemand den Satan ver-  
 leiten lassen, in einem oder andern Punkte darwider  
 zu handeln, So befehlen wir einem jeden der uns  
 mit Pflicht verwand, bey dem Eyde, so er uns ge-  
 leistet, einen solchen Widerspänstigen Unsern jedes  
 Orts verordneten Superintendenten und Consistorio  
 unsäumlich zu offenbahren, welche ihn denn nach  
 gerichtlicher öffentlicher Untersuchung, entweder zu  
 einem öffentlichen Widerruff für der Gemeine, und  
 herliche Abbitte des gegebenen Ergernüsses das er  
 stemahl sollen anhalten, in dessen Begerung aber,

so



so er ein Amt bedienete, des Dienstes entsetzen, und des Landes verweisen lassen, oder so er auffer Amts, mit der Landes-Verweisung alsobald wider ihn sollen verfahren lassen. Das andermahl aber ohn alles Übersehen die Verordnung thun, daß die Absetzung und Landes-Verweisung an ihm schleunigst vollzogen werde. Würde man sich denn hierin Kalesinnig oder säumselig erweisen, und die von uns anbefohltne Schärffe nicht gebrauchen wollen, soll dem, so diese Person angegeben, frey stehen, solche Kalesinnigkeit und Säumseligkeit an uns aller unterthänigst zu berichten, da wir denn nach Befindung der Sachen, ferner ernsthafftte und zureichende Verfügung thun werden.

§. 16. Præterea novi & memini, A. 1717. a Rege CAROLO XII. promulgatam fuisse die Edictal-Religions-Wiederholung in qua Art. VII. ita sonat: Dieser Formula Concordia specialiter sic dicta, nebenst dem Consensu repetito, als einem kurzen Auszug aus dem Concordien-Buch in genere, wird die Sententia Upsalienis contra ramos Oliva Septentrionalis, Censura Episcoporum & Cleri Sueciae adversus Duræum, Informatio de Veritate & Excellentia Religionis Christianæ Johan. Canuti Lenai, Palma pacifera Odhelii, und was sonst auf dem Jubilæo zu Upsala Anno 1693. peroriret worden, die SUECIAM ORTHODOXAM RANGONIS, (in ea autem perniciosissimus ille Recessus de A. 1663. vivis coloribus depingitur) unvergessen samt andern dergleichen Schriften auswärtiger unverdächtigen



gen Theologen, mit welchen eine Brieffliche Correspondenz annoch zu erhalten sehr nützlich wäre (haud ergo commercium cum orthodoxis Theologis extra Pomeraniam interdicendum) über alle Massen zu statten kommen, wenn sie allerseits durch einen öffentlichen Druck ferner befördert, und der studirenden Jugend durch eine reine Erklärung vortragen, und bekandt gemacht würden. Efficitur igitur, SUECI optimi, ut hæc scripta quamprimum juncta prodeant, atque sic eo commodius studiose juventuti inculcentur. Art. X. extat commonefactio: Die Docentes und Discentes auf den Schulen werden besser thun, wenn sie gemäß dem Königl. Brief an den Cancellarium zu Upsala Ao. 1691. den 26. Octobris gegeben, sich unser, als der frembden Glaubens-Genossen Philologie und Philosophie bedieneten: wie auch die Reisende sich endlich wohl vorzusehen haben, daß sie doch einmahl, bey Vermeldung der allbereit gefundenen Straffe, für denen berüchtigten Universitäten besser sich hüten möchten. Atqui Rasmus & Balthasar ipsi profitentur, se Stoltium & Buddeum Præceptores habuisse. Quod vero Stoltius & Buddeus fanaticis opinionibus imbuti fuerint, manifeste constat. Quis ergo Rasmus & Balthasari filios suos erudiendos incolumi conscientia tradet? Articulo XII. clausulæ subjicitur: Dafern allhie insonderheit sich annoch solche eräugen solten, welche dergleichen unsere Edicta nach ihrem Gefallen zu erklären, nicht unterlassen würden, so sollen dieselbe recht scharff examiniret werden, weil ein verborgenes Gift viel leichter fortgepflanzt



pflanget wird, als durch die, so sich öffentlich zu einem Irrthumb bekennen, und also durch keine Reservationes mentales, und zweydeutige Redensarten eine falsche Lehre, weder in unsre Kirche, noch grosse und kleine Schulen einschleiche; Als sollen deswegen solche verdächtige Leute, entweder alsofort sich ihrer Nembter begeben, oder weit eine grössere Straffe, als Meinenydtige zu erwarten haben. Idcirco periculosior adhuc status Academiae Gryphicae factus est, postquam suspecti Theologi Illustrissimo Regimini polliciti sunt, se doctrinam orthodoxam constanter pure & incorrupte proposituros. Ejusmodi generales pollicitationes enim, quamdiu oppositi errores non palam & sigillatim rejiciuntur, eo tantummodo faciunt, ut studiosa juvenus artificiorum Delilae fanaticae nondum satis perita a falsis doctoribus facilius se circumveniri patiatur. Quid Jacobo Andreae Theologo doctissimo evenerit, ex Leonharti Hutteri Concordia Concordae apparet. Cum D. Jacobus Andreae Wittenbergam venisset, cumque Theologis de Articulis controversis conferret, hi HYPOCRISI insigni usi, fucum ipsi faciebant, SE ILLAM IPSAM DOCTRINAM AMPECTI ET PROFITERI, quam Lutherus publice professus esset: & errores suos blande palliabant. Unde factum, ut D. Jacobus testimonium veritatis & puritatis (imprudenter sane & nimium hac in parte credulus) illis perhiberet. -- Quo pacto primus iste D. Jacobi Concordia conatus, quantumvis Principum autoritate susceptus, fuit irritus, & infeliciter occidit. Cap. 2. p. 117. 118.

C

§. 17.



§. 17. Apparet hinc satis superque, leges & mandata Superiorum sine ullo fundamento objici illis, qui in Pomerania puram doctrinam Socinizan-  
tibus & fanaticis hypothesibus inquinari nolunt. Le-  
ges enim & Edicta Regum Sveciæ pro iis faciunt, qui  
incorruptæ doctrinæ curam ex animo gerunt, &  
propterea inter hæreticos poenis afficiendos ini-  
quissime referuntur. Hi adeo pro DEO, pro Rege  
& Lege militant, & obedientiam veram sinceram-  
que præstant. E contrario inobedientiam gravem  
committunt, qui Novatores excusant, orthodoxis  
autem mala ingerunt multa, iisque fictitium cri-  
men hæretificii intentant. Interim Autorem Dispu-  
tationis B. Bartholdi Krakevitzii *Illecebras Sacramen-  
tarias, sive Demonstrationem Mediorum, per qua  
doctrina Calvinistica passim hodie propagatur & Ma-  
gistratibus insinuat, in Academia Gryphiswaldensi  
A. 1614. solenni Oratione in promotione sex Candida-  
torum Philosophia exhibitam, evolvere optarim. In-  
de enim cognoscere poterit, Satanam esse, qui  
Magnates impellit, ut falcem in alienam messem  
mittant, aut de negotiis, qua inter Reservata Divi-  
na Majestatis numerantur, pro arbitrio disponere præ-  
sumant, ac inhibitiones elenchi in pulpitis Ecclesiasti-  
cis ac SCHOLASTICIS decernant, ENORMI  
CUM IMPIETATE CONJUNCTAS, Spiritui  
Sancto in faciem contradicentes; mandata Christi,  
Prophetarum & Apostolorum, de redarguendis falsis  
Doctoribus eludentes, Spiritus erroneos in Christi Ec-  
clesiam intromittentes; praxi denique veræ Christi Ec-  
clesiæ, & quorumvis zelo Dei prædicatorum Doctorum e  
diametro contrarias.*



§. 18. Quæ ex Zigleri *Dissertatione Justiniana de Clerico renitente* §. 30. afferuntur, in Novatores Gryphicos accurate conveniunt. Nam in Pietismo *transfiguratur omnino Satanas in angelum lucis, & religionis fuco in publicam grassatur concordiam*, eo nunc audaciæ progressus, ut puræ doctrinæ assertores *poenis etiam coercendos* clamitet. Nec Ziglerus ibi de iis conqueritur, qui adversus hæreticos masculcule steterunt in acie, armis verbi Divini instructi; sed de *hæreticis aliisque, Episcopales dignitates per dolor, fraudes, seditiones, aliasque pessimas corruptelas* rapientibus. Conf. §. 26. 29.

§. 19. Satis de Hæretificatione. Nunc etiam ad examen revocanda *invectiva*, quæ in calce Disputationis extat. *In Ord. Eccl. Pom. Svecia fol. 10. fac. 2.* (Cinquit Disputator) *sententia communis absque Papsmi nota approbatur in verbis: Bann er durch den Superintendenten, Pastores, oder den ganken Synodum irrig befunden, und auf vorhergehende nothdürfftige Bermahnungen von seiner Meynung nicht weichen, sondern in seinem Vornehmen halbsstarig verharren wil, des Landes unnachlässig solle verwiesen, und darinnen zu keinen Zeiten verstattet werden.* *Ex verbis: Durch den Superintendenten &c. sequitur, eos in d. Ord. non intelligi, qui a privata sortis hominibus, a maledicis, & ad imposturas factis convitiatoribus, in libellis famosis vel alias, pro hæreticis declarantur. Nec ille quoque intelligi debet, quem Facultas quadam Theologica in responso, ad unius partis narrata emisso, hæreticum proclamat. Nam quod in Rec. Imp. de anno 1654. §. 76. de Respon-*



*sis Juridicis constitutum est, daß Consilia tweder in votando noch referendo Maaß und Ziel setzen sollen, hoc justa interpretatione ad responsa Facultatum Theologicarum extenditur. Nam primum hac responsa, ad unius partis narrata, que saepe falsissima sunt, emanant; ubi obtinet proverbium: Wie gebeicht, so absolviret, deinde altera pars non auditur, hinc ubi Facultas Theologica inauditum harseos condemnat, tale responsum vim sententia habere nequit. Nam misera innocentis Christiani sors foret, si existimatio & fortuna alicujus ab ejusmodi informibus & TEMULENTO IMPETU factis responsis dependerent. pag. 40. 41.*

§. 20. Scopus Ord. hujus Eccles. sine controversia ille est, ut Pomerania a falsis doctrinis tuta servetur. Et propterea id demandatur Superintendenti, Pastoribus, sive toti Synodo, ut errantes investigentur, investigatique moneantur & corrigantur. Quod si vero quis tam notorie errores foveat, & tam aperte præ se ferat pertinaciam, ut abunde constet, eum nullis admonitionibus Synodi cessurum, in isto extraordinario casu etiam sine Superintendentis & Ephori cognitione si non relegandus, tamen ab officiis publicis arcendus est, ne occasionem nanciscatur alios seducendi. Fieri etiam posset, ut cum Superintendens tum Synodus errantem condemnare propter ejus vel Patronorum potentiam haud auderet. Tunc unusquisque, quantum posset, monendo, refellendo, & quibuscunque aliis legitimis modis obsistere teneretur, ne contagium latius serperet. In historia veteri famosum est Pauli Samosatensis



tenfis exemplum, *cujus potentiam & quasi tyrannidem (diu) ita extimuerunt, ut cum accusare omnino non auderent.* Eusebius L. 7. Histor. Eccles. cap. 24.

§. 21. Etiam si a privatae fortis hominibus pro haeretico haberi ad relegationem haud sufficiat, privatorum tamen denuntiationes non sunt simpliciter rejiciendae, siue coram siue calamo fiant, sed audiendae ac inspiciendae, & argumenta, quibus superstruuntur, ponderanda. Praecipue autem id requiritur, quando ex propriis scriptis petuntur, & paginis ac paragraphis allegatis verba adducuntur. Si constet, denuntiationes a maledicis & ad imposturas factis convitiatoribus proficisci, autores per se fide digni non sunt. Cum tamen Ecclesiae salus ea in re periclitetur, unam vel alteram horulam eo conferri par est, ut loca ab iis citata evolvantur & considerentur. Quod si tunc appareat, insontes esse, quibus haeresis a maledicis tribuitur, innocentiae illorum testimonium perhibendum. Sin errores objecti revera ibi deprehendantur, vigilandum est, ne Respublica sacra detrimentum faciat. Etsi enim maledicus etiam vera loquens fidem non meretur, tamen, ubi vera locutum esse videmus, res ipsa assensum praebere postulat. Tum vero probe cavendum est, ne vir bonus pro maledico, impostore, convitiatore temere & eam solum ob causam habeatur, quod haeretici & haeresium patroni existimationem ejus ita proscindant, Hostes Lutheri calumniis suis obtinuerant, ut in Edicto Wormatiensi A. 1521. insimularetur, *dass er nicht ein Mensch, sondern als der böse Feind, in Gestalt eines Menschen*  
 C 3 die



die heiligen Concilia unmißlich, und unver-  
schämt, verspott, verdammt, geschmacht, und  
gänzlich verachtet. T. 1. Jen. fol. 458. 459. At-  
tamen tota Ecclesia Evangelica agnoscit, & Jubilais  
etiam institutis profitetur, Angelum hunc aeternum  
habentem Evangelium Pontificem Romanum rectissi-  
me & verissime Anti-Christianismi accusasse & con-  
vicisse.

§. 22. Non sunt libelli famosi, in quibus ali-  
quis falsa doctrinae insimulatur. Ad libellum fa-  
mosum enim requiritur, ut objiciatur delictum in-  
famiam in politico judicio secum ferens. Pruden-  
ter Celeberrimi Collectores rerum antiquarum & no-  
varum: Der Unterscheid im Glauben und Religion  
diffamiret keinesweges. Weltliche Laster und Ge-  
brechen machen infam. Christi Reich ist nicht von  
dieser Welt, kan auch und will niemand diffamiren.  
Das Wort geben wir nur den schmählichen  
Jesuiten und Hobbianischen Welt-Geistern  
anheim, bey denen Kirche und Republique in eis-  
ner Brüche lieget. Praefatione ad A. 1728. §. 20.

§. 23. Nec statim est libellus famosus, cui no-  
men non praemittitur. Optandum quidem foret,  
scriptis Polemicis semper nomina Autorum addi pos-  
se. Sed quoniam id fieri, quod vis, saepe non  
potest, velis id, quod posuit. In Certamine Inte-  
rimistico & Adiaphoristico, Flacius a medio anni  
1548. usque ad quadragesimam 1549. edidit quinque  
scripta, quorum priora tria erant tantum contra In-  
terim, posteriora vero duo etiam contra illas Adiapho-  
rorum conciliationes. NON ADJICIEBAT ALL-  
TEAM





( o )



**TEM NOMEN** *summ.* vid. Schlüsselburgius de Interimistis, p. 814. Unde etiam obtrectationem de cupiditate gloriae refellit, inquit: *cum prima aliquot scripta sine nomine ediderim, quomodo gloriam inde consequi potui?* p. 825. Tempore persecutionis Liturgicae Anonymus fidelem Ecclesiae Svecanae operam navavit, scripto Declarationi Liturgiae opposito, quod Joh. Baazius Senior dignum censuit, cujus summam toto Capite 42. Lib. 3. Hist. Eccl. Sveonum p. 438. usque 448. infereret. Nec omnes, qui de periculoso statu Academiae Gryphicae monuerunt, nomina sua presserunt silentio. Collectores rerum neo-antiquarum notissimi sunt; sed & hi celeberrimi Viri in Praefatione A. 1729, communi consensu adornata Rasmusmeyerum inter illos retulerunt, quorum *secessiones* a veritate ex propriis iisque exculis libris indicatae essent. Coarguerunt quoque eum *offenbahrer Unwarheiten*, & Augusti Ludolfi *Abfertigung seiner anderweiten Vorstellung* commendaverunt. Nuperrime Doctissimus Ernestus Stockmanus Parte VIII. der kurzen Fragen aus der Kirchen-Historia des Neuen Testaments Jenae edita p. 351. commemoravit, es sey zu Greiffswald allerhand neue Unruhe entstanden, da Herr D. Mich. Christ. Rasmusmeyer nicht nur in seinen Schriften allerhand *anstößige Redens-Arten einfließen lassen*, sondern auch ein Collegium pietatis angefangen hatte, p. 268. Et pag. 354. 355. testatur, es sey von Petro Sirio die Schrift des Herrn Rasmusmeyers wider die in den Unschuldigen Nachrichten gemachte Recension seines Historischen Catechismi **gar nachdrücklich**



drücklich beleuchtet, und von dessen anstößigen Lehr-Sätzen noch ein mehrers angeführet worden. Quid quod Dominus Superintendens Generalis ceterique Rev. Consistorii Assessores, ipso Domino Directore nequaquam excepto, Rasmeyerum ore & calamo monuerunt, quin & Concluso de A. 1725. 20. Octobr. ei injunxerunt, ut Collegio pietatis ita dicto abstineret. Qua in re quamvis obtemperaverit, fecit tamen invitus, atque sic, ut in hypothesebus, quibus ad Collegium istud instituendum inductus fuerat, perseverare se aperte profiteretur. Nullum igitur dubium remanere potest, quin novis sanctulis adhæreat, errores suos in ejusmodi conventiculis, pietatis nomine hypocritice dealbatis disseminare assuetis.

§. 24. Non ignorat Autor Disputationis, & Rasmeyerum & Balthasarem adhuc persistere in sententia sua, Theologiam impii, tametsi sacris literis conformem non esse a Spiritu S. Quam perniciosus autem sit error iste, discere poterit ex Celebratissimi Dni D. Niehenckii Oratione seculari, in qua Dn. M. Priedbiörn Blauxium decenti encomio afficit, quod in *Disp. Synod. A. 1718. Londini Scand. hab. sub moderamine Rev. Dni D. Linnerii, controversiam de Theologia impii, qua certe non de lana caprina, sed MAXIMI MOMENTI sit, quippe sese diffundens per UNIVERSVM THEOLOGICVM CORPVS, contra Novatores, quos ab abusu pietatis solemus vocare Pietistas, pie & erudite deciderit, ostendens ex usu loquendi & Scriptura Veritatem illius, colligens absurda ex contraria sententia fluentia,*

Origi-





( 0 )



Originem ejus Spiritui S. vindicans, & initium non voluntati sed intellectui tribuens. Quae momenta, in hac thesi observanda, Theologi Orthodoxi in Germania ante complures annos cum cura inculcarint, ut  
**COR PALLADII MOVE PIETISMI DESTRU-  
ERENT.** pag. 28.

§. 25. Quam pungat Theologicam Facultatem, non difficilis conjectura est. Etenim Venerabilis Ordo Theologicus in Academia Rostochiensis in Responso quodam tulit sententiam contra Studiosum Novatoribus addictum, sed Disputatori Gryphico affinitate junctum. Huc autem male trahitur Recensus de A. 1654. Etsi enim consilia quatenus talia nec votis nec relationibus limites ponere debeant, tamen iis Judex recte assensum praebet, siquidem ea in facto & jure firmiter fundata esse animadvertat. Unius partis narrata saepe falsissima esse, libentissime fatemur: id autem nunc in quaestione est, an in Responso Rostochiensis impetrando falsi aliquid narratum sit, & an Venerandus Ordo Theologicus falsis narratis se circumveniri permiserit. Id quamdiu ostensum non fuerit, temere Responsum illud dictatoria quadam elatione simpliciter rejicitur.

§. 26. Quis autem non videat, Disputatorem Gryphicum leges verecundiae longissime supergressum, dum *temulento impetu factum* esse responsum vociferatus est? Temetum prisca vox est, qua vinum significabatur, unde temulentus dicitur homo vinolentus & ebriosus, vid. Thesaurus Fabri a Cellario editus col. 2393. Num in Facultate Theolo-



gica Gryphiswaldiensi temulenrus quispiam detur,  
 a me investigari opus non est: de eo autem mihi  
 constat, Venerabiles Theologos Rostochiensēs so-  
 brietatis & temperantiæ exemplo studiosæ juventuti  
 præluere, ut par est. Facessat ergo Temulentifaci-  
 cius Gryphicus cnm absurdissima sua invectiva. Quid  
 si quis ipsum temulento impetu has paginas Dispu-  
 tationis suæ conscripsisse diceret? Egerrime procul  
 dubio ferret. Igitur, quod sibi non vult fieri, al-  
 teri ne fecerit, multo minus Viris prout doctrina sic  
 & probitate conspicuis. Intelligimus inde, qualis  
 sit moderatio, quam Patroni hypocritica sanctita-  
 tis præ se ferunt. Et quis Autori potestatem dedit,  
 de Responso Theologico pro autoritate pronuntian-  
 di, cum ipsemet pag. 13, testetur, *in casibus, qui-  
 bus controversia ex verbo divino, ejusque Interpreta-  
 tione, a Doctoribus Ecclesie nostræ facta, determina-  
 ri debent, præscriptum esse, quod REGIUM TRI-  
 BUNAL Judicium Superintendentis & Pastorum Ec-  
 cles. Wismar. expetere, aut acta, ad Consistorium  
 extraneum vel Facultatem Theol. transmittere debe-  
 at?* Num unus solus JCtus Regio summo Tribu-  
 nali superior est? Denique memoratu dignum, in  
 Titulo Dissertationis non legi, quod approbante  
 Magnifico Jureconsultorum in Alma Gryphica Or-  
 dine, sed quod *PERMITTENTE* Examine publi-  
 co sistatur. Permisit igitur Facultas Magnifica, ut  
 Autoris periculo ventilaretur: calculum autem  
 haudquaquam adjecit.

omnino in his casibus, quibus controversia ex verbo  
 divino, ejusque interpretatione, a doctoribus ecclesie  
 nostrae facta, determinari debent, prescriptum esse,  
 quod regium tribunal judicium superintendentis &  
 pastorum ecclesie wismar. expetere, aut acta, ad  
 consistorium extraneum vel facultatem theol. trans-  
 mittere debeat.



41. Baetticher, de jure naturaliter absentium et civili-  
ter praesentium.
42. Baetticher, de eo qui in emptione patitur.
43. Baetticher, protestationibus.
44. Born, de potestate statuum imperii pro-  
stantium circa matrimonia subdito-  
rum.
45. Born, de actione, quae creditori adversus deli-  
ctum debitoris competit.
46. Born, de ea quae insum est circa molendina,  
maxime in provinciis Saxonis.
47. Born, retractu,
48. v. Baerzellen, de tertio malae fidei possessione.
49. v. Baerzellen, de jure ex patientia alterius ac-  
quirendo.
50. Hopp, de compensatione fructuum cum impen-  
sis.
51. Brauer, de fide recentiorum litterarum investi-  
gatione antiquis majore
52. Grossen, de successione testamentaria in  
suis rebus expedituribus et gerada.
53. Ring, de deprehensio in flagranti crimine,  
non sine titulum per suis fructum et per bayreuth.



54. Richter de heredum prima et secunda institutione  
alias substitutione.
55. Schroeter, de stylo curiae.
56. Ruer, iura templorum.
57. Carpzow, de fidei necessitate Scabinorum in causa  
criminali quae delegatus Commissi Principis.







